



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

9 An metus grauis irritet contractus iure positiuo, vel veniant irritandi?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

venireque rescindendos à patiente metu actione quod metus causa, si res integra non sit potest enim agere aduersus iniustum detentorem, vt sibi res transacta reddatur: si autem res integra sit, exceptione metus potest leuati ita tenent Sorus 4. disp. 29. q. 1. art. 3. vers. ad 2. & vers. ad 3. Hentiq. lib. 11. de matr. c. 9. n. 4. Carbon. de res. q. 45. concl. 4. Pett. de Ledema de matr. q. 47. art. 3. dñb 1 in solut. ad 3. & 4. fol. 2. 4. col. 2. Lessius lib. 2. cap. 17. dñb. 6. n. 42. Azor lib. 1. c. 17. q. 6. & 13. Thó. Sanchez lib. 4. de & matrim. disp. 8. n. 4. & disp. 14. n. 2. & alij inna meti ab eisdem relati. Præcipuum fundamentum est quia non obstante iniuria per metum illata dicitur quidquid ad rationem contractus necessarii requiritur. Ad valorem enim contractus solum requiritur iustus titulus, & voluntarius consensus sed metus non tollit voluntarium absolute, vt supra diximus, neque excludit titulum dati, & accepti, donati promissi, & similia. Ergo talis contractus iure naturæ validus est, & secundò probò à simili. Contractus, cui dolus causam dedit non est irritus iure naturæ, vt patet in matrimonio contracto ex errore, quo putabas nobilem, & diuitem, esse vxorem; cum tamen ignobilis, & pauper sit. Et generaliter de omnibus contractibus stricti iuris, dolo, vel metu contractis deficiunt, esse validos, debetque actionem exceptione doli mali, vel metus elidi. In iur. de except. in princ. & l. dolo, C. de inui. stip. qua de causa deceptor non potest resillire à contractu, si deceptor velit stare contractui, vt colligitur ex cap. de eo qui duxit, in matr. & ex l. 13. ff. de act. emp. in princ. sed metus, & dolus æquiparantur in iure, et il. dolo, C. de inui. stip. ibi. dolo, vel metu adhibito actio quidem nascitur si subdita stipulatio sit per doli mali tamen, vel metus exceptionem submoueri petito debet. Idem constat ex l. si dolo, ff. de inui. stipul. & cum conuincat, de iureiur. & c. 1. de pactis, in 6. in fine. Ergo si dolus non reddit iure naturæ irritum contractum, cui causam dedit neque metus. Tertio metus leuis non reddit irritos contractus iure naturæ vt est communior sententia. Alias in foro externo debent irriti declarari, quod nullo modo sit, neque admittitur, actio neque exceptio de huiusmodi metu vt constat ex leg. vni timoris. ff. de iureiurand. & leg. metum, ff. de eo quod metus causa. sed per metum leuissimum etiam fit iniuria contrahenti cum eius voluntas iniuste cogatur. Ergo si hac iniuria leuis non reddit irritum contractum, neque etiam gruis debet irritate, cum in vtroque reperiat iniustitia. Quarto sacramenta recepta metu graui valida sunt, matrimonio excepto, habetur de sacramento Baptismi cap. maiores, §. item quaritur, de Baptismo. & de reliquis sacramentis est communis sententia quia est eadem ratio. Ergo metus non tollit libertatem requisitam ad valorem actus iuræ naturæ.

Neque obstant argumenta contraria. Ad primum primæ sententiæ respondeo parum utilitatis accrescere iniuriam ex contractu metuloso, cum teneatur rescindere, si solubilis est, & res in pristinum statum restitueret.

Ad secundum fateor te acquirere dominium tam in contractu oneroso, quam lucratiuo, vt tradit glossa in c. vni de his qua vi, in 6. not. & cap. super hac, de renun. ver. resignat. Nauarr. c. accepta de res. spol. c. p. 5. n. 21. Th. Sanch. plures referens lib. 4. disp. 8. n. 5. & 11. Less. lib. 2. c. 1. 7. dñb. 6. n. 44. Sed ius acquiritum est nimis infirmum, cum tenearis amittere: & rem ad pristinum statum reddere. Neque hæc obligatio obstat dominionem enim dominium est potestas vtendi rei in quemcumque vsum, alias possidens maioratum, non diceretur illius habere dominium cum non possit alienare, neque obligare. Est igitur dominium tenentio rei iusto titulo, id est titulo à iure non annullato §. per traditionem. Inst. de ver. diuis. & l. traditio. nib. C. de pact. Ac cum huiusmodi contractus ceti per iniustitiam sint extorti, non reperiantur è iure annullari, efficitur sanè validos esse. Cui valori non obstat te obligatum esse reddere rem primo possidenti, sicuti non obstat dominio, quod habes in tuis bonis, vt tenearis aliqua ex eis Petro donare, si promissisti, quod enim promissio acceptata efficit id ipsum præstare iniuria illata. Imò addendum existimo, si rem sic per metum acceptam in tertium possessorem transferas, posse patientem metum, non solum à te, sed etiam ab illo tertio possessore rem vindicare l. si cum exceptione §. in hac actione ff. de eo quod metus causa quia vitiosè translata est, quod colligitur aperte ex l. metum autem presentem. §. volenti ff. de eo quod metus causa, vbi dicitur volenti licet per metum & datur & in rem actio in personam, & licet dicitur etiam actionem in rem danda existimamus, quia res in bonis eius est, qui vim passus est, non quia proprie res sit patientis metum, sed quia qui habet actionem ad rem, ipsam habere videtur, reg. qui actionem 1. a. ff. de reg. iur. habet ergo patiens metum actionem, non solum aduersus metum inferentem, sed etiam aduersus quemcumque possessorem pro vindicanda re? & ratio, est, quia patiens metum ob iniuriam sibi illatam ius habet rescindendi contractum factum quia habet ius, vt sibi satisfactio detur, & iniuria facta reparetur, quæ non potest alia via reparari, quam si contractus factus rescindatur. & res in suum pristinum statum reddatur, hæc tamen actio non obstat dominio per contractum acquisito, vt ex supradictis constat.

Ad tertium respondeo etiam Petrus extorquens à te legatum non possit illud recipere ratione iniuriæ, potest tamen illud recipere ratione contractus, ita tu obligatus es ratione contractus illi tradere, esto ratione iniuriæ excusatus, ac proinde exceptione iniuriæ repellere potes illum à legato, stat enim optime te obligatum esse ex vno capite ad aliquid faciendum, & deobligatum esse ex alio v.g. ex contractu potes alicui debere centam ad si tibi iniuria inulit, potes debitum retinere, quousque satisfactioem exhibeat, & si petat, poteris exceptione iniuriæ repellere.

Ad quartum dico etiam nullus textus sit in quo plures contractus metu iniuriæ declarantur, quia tamen sunt plures textus in quibus validi declarantur, efficit manifestè iniuriam ex metu factam insufficientem esse ad annullandos contractus iure naturæ.

Ad quintum vota simplicia per metum esse irrita non iure positio scripto, sed traditione & consuetudine Ecclesie vim legis obtinent, sicuti matrimonium metu contractum, vel fidelis cum infideli ritum est hoc modo secundum probabilem sententiam.

Ad rationem autem secundæ sententiæ respondeo quamlibet donationem metu factam validam esse, nam etiam non sit omnino liberalis, & gratuita, sed coacta, quia tamen non est simpliciter inuoluntaria sed potius simpliciter voluntaria, & libera, ideo simpliciter, & absolute valet, & ideo in l. vi. C. de his qua vi, præcipiantur eodem modo donationes, ac venditiones, & transactiones, Per potentiam extortæ infirmari. Non igitur sunt omnino irriti, & ita tenet Lessius lib. 2. c. 17. dñb. 6. n. 37. §. sed verius est. Neque est simile de vltimis inibi deficit titulus, datur enim in pretium mutui, quod dignum pretio non est. Ad confirmationem, quam ita extollit Basili. de Leon. vt minus modeste cæcutientes & cæcos appeller esse, qui illa non conuincuntur, facile respondetur primo legem illam loqui de donate pure, & perfectissima de qua etiam locutus fuit Aristot. 4. topic. cap. 5. dicens donum esse datum incredibile id est animo, & affectu, ne vquam tibi reddatur. At non loquitur de quacumque donatione. hæc enim solum ad eius valorem requirit liberum consensum, cui non obstat metus, aliàs neque donatum Deo, aut promissum ex metu esset validum, cum simplici affectu velis non fieri & tibi reddi.

Secundo respondeo ex vi donationis, qui donat etiam coactè, vult simpliciter, & absolute fieri accipientes, neque sibi vquam reddat simplici affectu vult non dare, & sibi reddi, sicuti contingit in proiciente metes in mare, simpliciter enim, & absolute vult metes à se abdicare & a mari possideri & nunquam sibi reddi ad simplici affectu nec vult proiciete, neque à se abdicare imò potius reddi.

PUNCTVM IX.

An metus gravis irritet contractus, iure positio, vel veniant irritandi.

- 1 Proponuntur communis sententia non esse irritos sed venire irritandos.
- 2 Aliqua excipiuntur ab hac regula secundum omnium sententiam.
- 3 Quid dicendum de contractu sponsalium.
- 4 Quid de promissione dotis.
- 5 Quid de constitutione procuratoris.
- 6 Quid de iurisdictione data, vel prorogata.
- 7 Quid de sententia per metum lata.
- 8 Quid de renunciatione beneficii.
- 9 Quid de metu incusso ad contrahendum matrimonium cum aliqua indeterminatè.

Communis est sententia non esse irritos, sed venire irritandos, ita Nauarr. in cap. accepta, de res. spol. op. pos. §. 2. 7. & summ. cap. 22. n. 10. Lessius lib. 2. c. 17. dñb. 6. n. 36. Thom. Sanch. lib. 4. disp. 8. n. 4. Gutier. de inu. 1. p. cap. 57. n. 11. Flam. de resignat. lib. 3. q. 2. n. 9. Gregor. Lop. l. 36. verb. de fesho. sit. §. p. 5. Hentiq. lib. 11. de matr. c. 9. n. 4. Bonac. de matr. q. 3. p. 8. n. 8. §. dicitur iure Ecclesiastico & alij plures, quos ipsi referunt, & specialiter Thom. Sanchez innumeros congerit. Præcipuum fundamentum sumitur ex aliquibus text. vbi facta per metum veniunt rescindenda, specialiter in c. Abbas, de his qua vi, dicitur renunciationem factam per metum debere in irritum reuocari. Ergo si quom est, validum esse, quod enim irritum est, non indiget in irritum reuocetur, & in cap. audientiam, de his qua vi, dicitur que vi, metulve causa sunt, carere debent robore firmitatis siquidem possunt, & debent rescindi. Item Inst. de accept. in princip. dicitur, si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lap. stipulari: Titio promissisti, quod non debueras promittere, palà est iure ciuili te obligatū esse. & actio qua in iudicium dare te oportere, efficitur est, vbi glossa obligatum esse, licet inspecto iuris rigore, & efficitur est, licet in (ui substantia. Item mil. vlt. C. de his qua vi, dicitur, venditiones, donationes, transactiones, qua per potentiam extortæ

extorta sunt, precipimus infirmari. Ergo etiam aliquo modo va-
 lidæ, & iuris remedio in si mandæ sunt. Idem traditur in l. 9. §.
 lide. & iuris remedio in si mandæ sunt. Idem traditur in l. 9. §.
 volens. & §. sed & quod prator. & l. si mulier. §. p. r. ut ff. de eo
 quod iuris causa. & l. in serpositas. C. de trans. dolo §. 1. C. de
 iur. stipulat. & l. 56. §. 7. in l. p. 5. Neque obstat l. 28. tit. 11. p. 5.
 dicitur. por miedo. o por fuerca. o por engano que fuisse pro-
 bati dicitur. en hombre a otro do dar o de hacer alguna cosa. ma-
 gner se obligue scietia pena, iurado de cumplir lo que promete,
 decimos que no es tenudo de cumplir lo prometido, ni de pechar
 la pena. Ergo per metum extorta promissio nullam inducit
 obligationem iure noli regi. Non, inquam, obstat: nam, vt
 bene Greg. Lop. ibi verb. tenudo, intelligi debet cum eff. etu,
 hoc est, non esse obligatum promissionem implere, non ratione
 promissionis, sed ratione iniuriæ sibi factæ, & quoties quis ha-
 beret exceptionem aduersus peccat. in habet etiam ius retinendi,
 quod non obstat valori contractus, vt in puncto antecedenti dixi-
 mus. Aduertendum tamen est, ad rescissionem contractus iurifi-
 cam. Aduertendum tibi fit metus illatus, etiam si quis cum
 contrahis, consens non fit iniuriæ; quia ex eo, quod tertius
 causa fuerit iniuriola illius contractus, contractus absolutè
 coactus est, ac proinde infirmus, & rescindendus, quod constat
 ex cap. ad aures, cap. Abbas, de his qua vi, cap. veniens, cl. 2. de
 iur. fal. in quibus text. ad tertio erat metus illatus, & cui datur
 Ecclesia resignata forte ignoratus erat viti commissi. Clarissime
 dicitur in l. item si cum exceptione, §. in hac actione, ff. quod
 metus causa, ibi, in hac actione non queritur, vtrum si qui con-
 uentur, an alius metum fecit. Sufficient enim hoc dicere necum
 tibi illatum, vel vim, tradit aliis relatis Sanch. lib. 4. de matrim.
 disp. 8. §. d. p. 12. n. 19. Lessius lib. 2. c. 17. dub. 6. n. 3. 9.
 2. Ad hoc regna generali aliqua excipit glossa in cap. Abbas
 de his qua vi §. 1. verb. m. n. 9. & Rebell. 2. p. de oblig. infir. lib. 1.
 §. 9. n. 12. Azor. lib. 1. cap. 11. §. 5. 6. & 7. Salas l. 1. r. 3. disp. 3.
 sed l. n. 17. Lessius lib. 2. c. 17. dub. 6. n. 30. Bail. de Leon. lib. 4.
 cap. 3. n. 7. que vnt irrita iure B. c. cl. alicio. Primo in quo omnes
 conueniunt, est matrimonium cap. significauit, de eo qui duxit
 in matr. c. requisit. cap. gemma, de sponsal. Secundo votum
 sollempne in religionis, cap. per lacum de his qua vi, & ex hoc ad
 quodlibet votum extenditur. Tertio rebus adhibitis in testa-
 mentis coacti iure i. qui testam. §. vir. ff. de testam. & tradit glos-
 sa ibi §. in c. feris, verb. p. coactionem, de his que vi. Quarto
 omnis promissio, vel obligatio facta in gratiam eius, qui a quem
 metu graui in carcerem coniecit, vel detinet, l. qui in carcerem,
 ff. de eo quod metus causa, ibi, qui in carcerem aliquem intravit,
 et aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc causam factum est,
 nullius momenti est: hoc est nullus vigoris, hunc enim esse eius
 particule testam. constat ex c. ordinarij, in fine, de off. ord. in 6.
 ibi, aliter inquit, facta coactio nullius sit momenti, sic explicat
 alios referens Fatima, l. p. p. r. d. crim. q. 35 n. 4. requiritur tamen,
 vt ad huiusmodi finem in carcerem coniecit. Nam si aliunde
 ob aliquod delictum in carcerem iuste coniectus sit, & tibi of-
 feratur libertas si renuncies: probabilius est, renunciationem vale-
 re, vt optime docet Flamin. de resign. lib. 13. §. 1. n. 61. & 165.
 Th. Sanch. lib. 4. disp. 12. n. 6. Gutier. de iuram. l. p. c. 57. n. 4. & §.
 alique ab eisdem relati. Si tamen cum alio ab eo, qui te in car-
 cere detinet, contractum in eas non, inquam, ad instantiam in-
 terceptris, nullo modo dicendus est contractus metu celebra-
 tus quia tunc carceratio est per accidens, tradit aliter referens
 Flam. lib. 13. §. 1. n. 120. Fatim. sup. n. 3. Bail. de Leon. lib. 4. de
 matr. c. 10. n. 9. Quinto nulla est absolutio ab excommunicatione,
 ne suspensio, vel interdictio, vel eorum reuocatio, cap. vnic.
 de his qua vi, in 6. ibi, absolutio beneficium ab excommuni-
 cationis sententia, vel quancumque reuocationem ipsius, aut
 suspensionis, seu etiam interdicti, per vim, vel metum extorta
 prelati constitutionis auctoritate omnino viribus vacuamus.
 Sexto promissio, vel traditio rerum Ecclesie ex metu, c. peruenit,
 de iureiur. & cap. 1. 1. n. 46. Septimo assignatio tutoris, vel cura-
 tus metu facta, ex l. §. vir. ff. de auct. iur. Alia sunt, in quibus
 est contracta inter Doctores, an sint ipso iure irrita, vel
 veniant, huc reliqui contractus, rescindendo. Primo dubitatur de
 sponsalibus, de quibus tenent plures DD. inualida esse ex c. ex
 lute, de despons. impub. vbi puella contracta henti per metum cum
 impubere, datur facultas accipiendi alium virum, si noluerit ex-
 p. ete. vt per 14. artingat. Signum ergo est sponsalia valida
 non fuisse, alia ratione imp. dimenti publicæ honestatis, non
 datur libera facultas contrahendi cum alio quolibet. & ita
 tenent Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. n. 1. Th. sanch. d. f. d. plur.
 ribus relatis, vt probabilibus, lib. 4. disp. 19. n. 3. Azor lib. 1. cap. 11.
 §. 7. in 1. c. Salas tract. 3. disp. 3. §. 1. n. 17. Gutier. de matr.
 §. 7. in 4. Regia lib. 3. n. 38. Bonacina q. 3. n. 8. n. 31. Verum hic
 textus non satis probat sponsalia fuisse irrita, nam est valida
 fuerint, poterat Pontifex ob iniuriam factam infirmare, & li-
 centiam puellæ contrahendi cum alio quolibet concedere, cum
 quo impedita non esset, impedimento publicæ honestatis. Item
 hoc impedimentum publicæ honestatis non videtur nasci ex
 sponsalibus ita infirmis, que possunt pro voluntate partis irri-
 tari: hæc enim iure reputantur quasi irrita, vt tenet Lessius lib. 2.
 c. 17. dub. 6. n. 17. Deinde quia illa puella non solum coactam
 consentium, sed nec consentium videtur habuisse, aut enim text.

nolens, & iniuria minus parentum impulsæ; denotat ergo minus
 parentum non solum effecisse illum iure consentisse, verum
 nec consentisse, aliis illi duo, tertium non satis explicatur, dolo
 e ibi gloss. verb. desponsati, & Innocent. lib. in princ. Adde aliquis
 poterat, ex Alex. de Neuo in suprad. cap. ex litteris n. 5. & 6.
 metum incullum non esse in contractu sponsalium, sed in tra-
 ductione ad domum, & consequenter in matrimonio. Aut enim
 rexi. Puella quedam ann. 12. iurata fuit, & desponsata cuidam
 puero nouem, vel decem annorum, & tempore procedente, de vo-
 luntate parentum, potius quam de sua, sicut asserit, ad domum
 patris pueri adducta, vbi nolens, & iniuria minus parentum im-
 pulsa, meram fecit per annum. Metus ergo fuit in trad. ctione
 ad domum, & detentione; non autem in sponsalibus prioribus.
 Verum, vt rectè ait Th. Sanch. lib. 4. disp. 19. n. 3. si coactio
 nulla præcessisset in sponsalibus, sed solum ad matrimonium;
 nulla esset occasio sponsalia irritandi, præcipue cum puer causa
 non fuerit coactionis, ac proinde non debebat iure acquisito
 priuari, præsumendum ergo est metum non solum in tradu-
 ctione sed etiam in sponsalibus contigisse, sed non ob id sunt
 irrita, sed irritanda, & ita tenet Lessius §. p. Ochagau. tr. de
 matr. q. 3. n. 2. Henric. lib. 11. de matr. c. 9. n. 6. Pet. de Le-
 delm. de matr. c. 47. art. 3. circa 3. arg. dub. 3.
 4. Secundo dubitatur de dote, an eius promissio, & solutio
 metu extorta sit iure positio irrita? Negat Barbol. rubr. ff. sol.
 matr. 4. p. n. 31. & 32. casu quo dos absolutè absque determina-
 tione quantitatis promitteretur. Bart. in l. si mulier, §. si dos, ff. de
 eo quod metus causa, & Alex. de Neuo c. cum locum, n. 18. de
 sponsal. nisi promissioni dotis stipulatio adiungatur. Mouentur,
 quia est dos accessoria sit matrimonio, eo quod sine matrimo-
 nio esse non possit. l. 3. ff. de iur. del. l. fin. verb. sicut, C. de donat.
 ante nupt. At non semper accessorium sequi debet oblig. infir. lib. 1.
 principalis, aliis assistentia matrimonio parochi, & testium co-
 acta non valeret, quia matrimonium per metum non valet, solum
 enim accessorium debet sequi naturam principalis, quando ead-
 dem ratio militat in accessorio, ac in principali Less. u. C. de
 prad. m. At in dote non militat eadem ratio, ratio enim quare
 matrimonium per metum ab Ecclesia irritum redditur, est, quia
 si semel validum esset, irritari non posset; ac dotis promissio, &
 solutio irritari, & annullari possit, quantumcumque valida prius
 esset. Ergo.
 Communis sententia tenet irritam esse (& idem est de ar-
 thatur promissione, & solutione), ita gloss. cap. 2. verb. coactus,
 de his que vi. Abbas n. 9. Achar. n. 3. Hostiens. ad fin. Greg.
 Lop. tit. 11. p. 3. l. fin. verb. o promittisse. Radilla l. in serpositas, n. 9.
 C. de trans. Thom. sanch. lib. 4. de matrim. disp. 12. n. 13. Azor.
 lib. 1. cap. 11. §. 7. §. secundus casus. Lessius lib. 2. c. 17. dub. 6. n. 37.
 Salas tract. 3. disp. 3. §. 1. n. 17. Probat ex l. si mulier 21. §. si
 dos, ff. de eo quod metus causa, ibi, si dos metu promissa sit, non
 puto nasci obligationem, nec talem promissionem dotis ullam
 esse. Idem habetur l. fin. tit. 11. part. 3. Ratio quare motus fuit
 Consulens ad irritandam dotis promissionem, est, quia est ac-
 cessoria matrimonio, quod per metum est irritum, & licet non
 militet eadem ratio in dote, ac in matrimonio, vt bene probat
 supradicta ratio contraria. Hoc solum probat non fore irritam
 promissionem dotis, eo quod matrimonium irritatum sit: at
 non probat sufficientem causam non adesse, vt Consulens motus
 fuerit irritate promissionem dotis, sic enim fauet irritationi
 matrimonij facta ab Ecclesia.
 5. Tertio dubitatur de constitutione procuratoris ad nego-
 tia, an sit irrita, vel irritanda, si fiat ex metu? Affirmat irritam
 esse Flam. de resign. lib. 9. §. 7. n. 42. vbi restatur esse communem,
 & lib. 13. §. 1. n. 47. Bail. de Leon. lib. 4. c. 8. n. 15. & cap. 14. n. 16.
 Sarmiento de redditi. p. r. c. 4. n. 8. & alij quos ipsi referunt.
 Mouentur ex cap. accedens, per procur. vbi mandatur cuidam
 detinenti in sua potestate nobilem mulierem, pena libertati
 restituere, vt sic existens libera procuratorem liberè ordinare
 valeat. Verum, vt rectè ait Th. Sanch. lib. 4. de matrim. disp. 12.
 n. 22. cum Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 5. n. 9. ad fin. Padilla l. in ter-
 positas, n. 7. C. de trans. Ludou. Rom. sing. 124. supradictum text.
 non probare irritam esse constitutionem procuratoris, cum nul-
 lum sit verbum annullans, solum enim cauetur liberè efficien-
 dam esse, quod verum est: cum autem nullus textus in iure sit, in
 quo constitutio procuratoris per metum irrita censetur, affir-
 mandum est validam fore, & venire, rescindendam, & ita tenent
 supradicti Doctores, Azor lib. 1. c. 11. §. 10. Excipitur tamen so-
 lum constitutio procuratoris ad matrimonium, hæc enim si co-
 acta fiat, nulla est, quia nihil matrimonio detruiere potest. Affir-
 mans enim procuratorem, non alia ratione matrimonio celebra-
 to per procuratorem censetur, nisi quatenus procuratorem
 assignat & vices suas tribuit. Si igitur consensus in matrimonio
 metu præstitus est nullus, & assignatio procuratoris ad illud
 etiam nulla erit, & ita tenet Couar. & Padilla, & Th. Sanch. supra,
 Hostiens. c. cum locum, paulo post princ. de sponsalib. vbi Ioan.
 Andr. n. 1. Imola c. 2. de his qua vi n. 5. fine. Bassilius de Leon. lib.
 4. c. 1. n. 16. quamvis contractum tenet Azor. illa q. 10.
 Aduertit tamen Flamin. lib. 13. quæst. 1. n. 48. ad reuocationem
 procuratoris ad resignationem, metu graui assignati, non
 requiri intimationem fieri ipsi procuratori, vel resignatorio.

DE CASTRO
 ITALY
 LIBRARY
 EN

sed sufficere, si clam fiat, quia ille diminutus consensus, quo assignatus fuit, quilibet reuocatione potest tolli, idem tradit Rumanus consil. 171. num. 21. limitans hoc modo Clement. 1. de reuocatis, vt quando procurator fuit constitutus metu, possit etiam clam reuocari.

6. Quotid dubitatur de iurisdictione data, vel prorogata per metum, de qua docent glossa cap. 2. de his qua vi, verbo conatus non valere, vbi Abbas n. 12. & 17. fin. Anton. n. 10. Anchar. n. 3. Imola n. 4. Batt. tract. de tyrann. n. 14. Bald. l. decernimus, n. 5. C. de sacrosanct. Eccles. Azor lib. 1. cap. 11. quest. 7. S. tertius, Salas 1. 2. tit. 3. disp. 3. sect. 1. n. 27. Basilus de Leon lib. 4. cap. 8. n. 14. Mouentur primo ex l. 2. ff. de indic. vbi resistentis quidam ex litigantibus tribuit iurisdictionem cuidam iudici, & compulsi concessit, dicitur nullam esse iurisdictionem. Secundo electio prelati metu facta nulla est, ex cap. vbi primum, §. ceterum, in princ. de elect. in 6. ibi, cessat electio, dum libertus admittitur eligendi. Nam, vt ait glossa, electio procedit ex consensu; liber ergo debet esse iuxta cap. cum locum, de sponsal. Ergo iurisdictione per metum non datur, neque prorogatur.

Verum probabilius censo iurisdictionem metu concessam, vel prorogatam valere, quia nullus est textus, vbi expressè irrita declaratur, ac proinde debet, fortiori iure, quod fortius gesta per metum, quæ valida sunt. Ita tenet Cardinal. c. 2. de his qua vi, n. unico, vers. quibus casus, & c. licet 31. de elect. Thomas Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 39. num. 13. Lessius lib. 2. cap. 17. dub. 6. n. 37. Neque obstant contraria.

Ad primum dico, ibi esse casum specialem, cogebantur enim litigantes consentire in iudicem non suum, idcirco talem consensum nullam esse decernitur, ac proinde quouisque ad partibus litigantibus datur, vel prorogatur iurisdictione alicui, cui aliæ partes non sunt subiectæ, talis iurisdictione, collatio, & prorogatio per metum facta nulla est, & gesta ex illa nullius sunt roboris; secus de aliis actibus.

Ad secundum dico, si in eadem admittatur libertas, cessat electio: ac cum per metum, non integrè, sed secundum quid admittatur, non enim metum tollit omnino libertatem, sed illam dimittit, ideo nec tollit electionem, sed tollendam, & cassandam inducit. Aliàs & concupiscentia, & prauis animi affectibus cassatur electionem, cum ab utroque dicatur debere eligentem liberum esse.

Ex quo inferitur electionem factam per metum validam esse, cum in nullo textu inueniatur irrita ipso iure. Et contra tenet Nauarr. cap. accepta, de restitu. spoliat. opposit. 5. num. 8. & 13. Flamin. de resignat. lib. 13. q. 2. num. 14. cum glossa in cap. bona, de elect. Innocent. in cap. quod sicut eod. tit. Azor lib. 1. cap. 11. q. 11. Couarr. 4. decret. 2. p. cap. 3. §. 5. num. 8.

7. Quinto dubitatur de sententia per metum lata, an sit iure irrita.

Affirmat Hostiens. summ. tit. de his qua vi, Salas 1. 2. tract. 3. disp. 3. sect. 1. num. 27. Verius tamen est valere, vt tenet Azor lib. 1. cap. 11. quest. 8. cum glossa, Archidiacono, & Panormitano, quia nullibi inuenitur irrita.

8. Sexto dubitatur de renunciatione beneficii. Esse nullam, sit fiat ex metu graui, docet Bonifac. in Clement. multorum, n. 27. de pœnis, Anton. de Butrio, in cap. super hoc, de reuocatis, Stapheleus de literis gratia, de variis mod. vacat. n. 24. & seq. Probus in addit. ad Ioann. Monach. in rubr. de reuocatis, Anton. in c. ad aures, de his qua vi, quest. 6. num. 2. inclinans Hostiens. in sum. tit. de reuocatis, §. qualiter. Innocent. in cap. ad aures, & in cap. super hoc de reuocatis, & longo tempore docuit Nauarr. vt ipse testatur, in cap. accepta, de restitu. spoliat. opposit. 5. n. 1. & seq. Basilus de Leon lib. 4. cap. 8. num. 16. Mouentur primo qui renuntiat Ecclesiam ex metu, restituitur ad illam sine noua collatione, quod constat ex cap. ad aures, de his qua vi. Ergo signum est beneficii titulum non amisisse. Secundo in cap. ad audientiam, dicitur renunciationem beneficii metu factam, obire firmitatis cetero debere. Tertio in Clement. multorum 2. de pœnis, decernitur renunciationem modo supradicto extortas (id est per captiorem, & detentionem iudicis secularis, licet à resignantem ipsorum prelati receptas, aut rate habitate fuerint nullius omnino decernimus esse firmatas. Ergo non valent ipso iure. Verbum enim decernimus, vt optime probat Nauarr. supra n. 8. & Flamin. n. 3. & 4. decretum novum inducit.

Verum probabilius existimo renunciationem beneficii metu graui factam valere, sicut & aia metu gesta valent, quovisque rescindantur, tenet plures referens Flamin. lib. 13. de resignat. benefic. quest. 2. num. 8. Nauarr. in c. accepta, de restitu. spoliat. opposit. 5. num. 7. Azor lib. 1. cap. 11. quest. 9. Lessius lib. 2. cap. 17. dub. 6. num. 37. §. nouus.

Primo primo, est iuramentum metu extortum valeat, cap. rerum de iureiurand. ac si apponatur actui, qui nullus est, & à iure reprobatus, non valet, c. cum contingat, de iureiurand. cap. quamvis pactum, de pœnis in 6. cap. licet, eod. lib. auhent. sacramenta puerum, C. si aduersus venditionem; ac iuramentum de renunciatione beneficii metu facta valet; itémque iuramentum de beneficio renunciato non repetendo, cap. si verò, de iureiurand. & tradunt ibi glossa, & Doctores. Ergo illa renuncatio valida est.

Secundo, quia in nullo textu inuenitur talis resignatio irrita, quod videtur potest, si expendamus textus in contrarium adductos, & primo supradicto cap. ad aures, non dicitur renunciationem illam non tenere, sed solum dicitur, non impediri quominus ita qui renunciat Ecclesie, ad cuius regimen prius fuerat electus, proficiatur eidem, vbi non indicatur debere profici sine noua collatione. Adde etiã abique noua collatione proficiatur, non inde inferri non amisisse titulum per renunciationem, quia quando restituitur Ecclesie, simul etiam conferuntur titulus illa enim restituitur est tacita beneficii collatio, quæ rescissa renunciatione omnino sufficit, sicuti si abique titulo canonico obtineret beneficium, & dispensationem de impedimento obtineret, posses collationem antequam, sine alia nouè facta continuare, vt ex G. min. in cap. fin. 61. dist. tradit Nauarr. supra, num. 18. ita poteris redire ad beneficium priuatum, rescissa renunciatione prius facta abique noua collatione, illa enim rescissa, & beneficii restituitio est tacita beneficii collatio, sic tenet aliis relatis Flamin. supra n. 23. Nauarr. n. 15. & seq. Rebuff. de pacifico poss. n. 328. & 181. Limitat tamen Flamin. n. 28. Rebuff. n. 18. nisi alteri fuerit beneficium collatum, tunc enim videtur desiderari noua collatio, qua ius extinctum reuiscat, & collationem alteri factam annullat. Item in c. ad audientiam, solum dicitur renunciationem metu factam carere debere robore firmitatis, quæ verba optime adaptantur carentiæ, & priuationi faciendæ per sententiam. Soùm autem Clement. multorum, de pœnis, est que in p. presenti difficultatem ingerit, propter verba illa, nullius omnino decernimus esse firmatas; quæ videntur ipso iure annullare renunciationem sic factam, sed quia ille est casus specialis, non debet ad alias renunciationes extendi: quare solum eæ renunciationes, quæ fiunt per metum, & detentionem, seu incarcerationem iniustam, nullæ erunt; secus de aliis, quæ solum per metum extorquentur abique captione, sic Glossa in supradicta Clement. Bonifac. n. 27. Hostiens. in c. ad aures. Ruin. consil. 121. n. 14. vol. 4. & n. 19. vers. sed & promissis. Nauarr. supra n. 8. Flamin. n. 18.

Ex dictis infero cum Nauarr. supra n. 20. & Flamin. a num. 19. ante restitutionem faciendam per iudicem non posse sic renunciantem ministrare in beneficio, & eius fructibus vti, quia non habet titulum, sufficit tamen, si iudex competens parte non citata restituit, iuxta cap. Abbas de his qua vi. Panormit. notab. 2. & cap. si verò, de iureiurand. & ibi Panormit. & Felin. Secundo infero renunciantem metu non posse ordinari ad titulum illius beneficii, ita Nauarr. n. 21. Flamin. n. 31. quia per renunciantem titulum amisit. Tertio non teneri ad horas canonicas, si alia ratione non adstringitur, & in tenetur electus ante confirmationem, presentationem, & institutionem, quia absolute non habet beneficium. Nauarr. & Flamin. supra. Quarto sic renuncians, est remanens in beneficii possessione triennium, non tamen iuuatur decreto de pacificis possessoribus, quia possidet abique titulo, sic Rebuff. tract. de pacifico possessore, num. 355. Flamin. num. 35. At si spoliatus beneficio, postea sit in illo restitutus, tempus intermedium, quo caruit beneficio, non obstat, quominus tempus præcedens, quo possedit beneficium, coniungatur cum tempore postea sublequuto, v. g. si per annum possedit iuste præcedente titulo, & renuntiat metu, postmodum fuit restitutus ad dictum beneficium sine noua collatione, illudque possidet per biennium, vtique hæc tempora coniunguntur, vt inueter decreto de pacifico possessore, ita ex Rebuff. supra n. 328. docet Flamin. n. 63.

9. Septimo dubitatur, an si metu cogatis contrahere matrimonium cum aliqua ex filiabus Petri, tenet matrimonium? Affirmat tenere Azor. lib. 1. cap. 11. quest. 11. Sylua nuptialis lib. 2. n. 119. Colma pragmat. sanctio tit. de electione, §. ad volentium, vers. liberè Ioan. Lupus cap. per vestras de donat. inter virum & uxorem, notab. 3. §. 11. n. 1. Abbas, Felinus, Imola, Iason, & alij, quos refert Couarr. 4. decret. 2. p. cap. 3. §. 5. n. 8.

Probat primo, quia illud matrimonium dici non potest coactum, sed omnino liberum, & voluntarium, cum nulla sit coactio facta circa electionem illius femine, estio sit facta circa electionem absolute. Secundo si cogatis in Ecclesia assumere, relicta tibi facultate eligendi, quam malueris Ecclesiam, electio valida est, sicuti valet electio, si electores cogentur non certam personam, sed aliquam ex certis eligere in regimine alicuius Ecclesie, vt tradit Azor, & Couarr. supra, cum Panorm. & communi sententia, Ergo similiter debet valere matrimonium, si non certam personam, sed vnam ex certis cogatis assumere, quia substantia electionis videtur non coacta, sed libera.

Verum probabilius existimo tale matrimonium non valere, ita tenet Couarr. supra, cum Bart. Bald. Decio, & Philippo, Ioan. Salas 1. 2. tract. 3. disp. 3. sect. 1. n. 27. Thomas Sanchez plures referens lib. 4. disp. 12. num. 20. Padilla l. interpositas, n. 6. C. de iur. iur. Rebelus 2. p. lib. 2. quest. 11. sect. 1. n. 11. Basilus de Leon, lib. 4. cap. 14. num. 14. Mouerit, quia sic coactus verè, & proprie dicitur ex metu, & coactione assumere matrimonium, aliis non assumpturus. Ergo tale matrimonium comprehendit debet sub decreto irritanti matrimonia coacta.

Tum

Tam quia vetè est coactum, tum quia ex illo infelices exitus possunt timeri, sicut ex quolibet alio matrimonio coactò. quæ fuit ratio irritationis. Argumenta adducta pro prima sententia non obstant.

Ad primum patet solutio ex probatione nostræ conclusionis. Ad matrimonium enim liberam non sufficit electio huius, vel illius personæ, sed requiritur, vt electio talis status libera plene sit, & non coacta.

Ad secundum respondeo primò, si electio coacta irrita esset, ex cap. 3. §. ceterum, de elect. lib. 6. sicut irritum est matrimonium metu coactum; ex cap. cum locum, de sponsalib. probabilius iudicarem, et tibi optio daretur eligendi vnam ex determinatis personis, vel Ecclesiis, si tamen per metum iniustum ad electionem cogereris, fore electionem irritam, quia talis electio coacta est absolutè.

Secundò respondeo cum Sanchez esse disparem rationem de electione, & de matrimonio: ad electionem enim faciendam inter duos obligari poteras ex lege, & præcepto iuperioris. At ad matrimonium nulla lege obligari potes, nisi prius ex tua voluntate obligeris. Ergo licet metus incutatur, vt si t electio, si tamen libera optio detur inter personas, non videtur coactio sufficiens irritandi electionem, quia non cogers ad id, ad quod aliis ex præcepto obligari non poteras. Fateor hanc solutionem mihi non satisfacere.

Probat enim ex illa nullam electionem futuram esse irritam, quia de qualibet esse potest lex, & præceptum obligans fieri. Quapropter retinendam existimo priorem solutionem.

PUNCTUM X.

Vtrum metus, cui causam dedisti, obstat obligationi contractus.

- 1 Omnis contractus extra matrimonium, & professionem esse validos.
- 2 Profertur prima & secunda sententia probabilis matrimonium non valere.
- 3 Defenditur vt probabilis ex hoc metu non irritari matrimonium.
- 4 Satisfit argumentis prima & secunda sententia.
- 5 An si minus malum absque animo inferendi, retinere possit, quæ se extorques.

EXtra contractum matrimonij, & professionem ferè nullus Doctor est, qui affirmet obstat obligationi contractus, quia cum tota ratio rescindendi contractus validos, sit iniuria, & hæc ablit, cum tu metui causam dedisti; non est, vnde contractus rescindatur, & tradit ut expellè in l. metum 9. in prin. l. si mulier 21. ff. de eo quod metus causa. vbi mulier contra patrem ingrata, & aliquid ei promittens, ne in seculum redigatur, tenet promissio, quia hunc sibi metum (ait Confultus) ipsa inferi, & ita decet Syluest. verbo metus, o. 6. Flamin. de rescript. lib. 13. quæst. i. n. 122. Lessius lib. 2. cap. 17. dub. 6. n. 45. Thomas Sanchez lib. 4. disp. 8. n. 8. & eleganter Donell. lib. 15. comment. cap. 39. §. non est satis.

2 Solum de matrimonio (& idem est de professione) est controversia inter Doctores, an metus iustus, cui causam dedisti, annullat matrimonium? v.g. Repertus es in delicto, minatur tibi inueniri accusationem, vel denunciationem, nisi ius filiam ducas, aculatio enim, vel denunciatio iusta est, tu fustili illius causa, Dubium ergo est, an teneat matrimonium celebratum timore ne accorieris. Hanc questionem optime, ea clarescit, & tractatione, qua solet omnia, explicuit Th. Sanchez lib. 4. de consensu coactò, disp. 13. Triplicem sententiam refert, duas probabiles. Tertia vt probabiliori adhæret.

Prima negat valere matrimonium, quia metus, siue iustè, siue iniuste inferatur, æquè admittit libertatem. Ergo si ob defectum libertatis irritatur, cum metus incutitur iniuste, etiam cum iuste incutitur irritabit. Confirmo quia æquè ex utroque matrimonio infelices exitus sperari possunt, cum contra voluntatem illius patens metum fiat. Secundò, in c. veniens, el. 2. de sponsalib. iudicatur matrimonium irritum cuiusdam adolescentis, qui à parentibus cuiusdam puellæ repertus cum ea in lecto, coactus fuit eam ducere, cum tamen videatur talis metus iuste incussus. Ergo metus iuste incussus matrimonium irritat, sic docet Couarr. 4. decret. 2. p. cap. 3. §. 4. n. 15. Manuel 2. s. sum. c. 93. n. 3. Gutierrez de iuram. l. p. c. p. 57. n. 9.

Secunda tenent a distinguunt. Si metus sit lege incussus ad finem extorquendi matrimonium, matrimonium valet: si autem non sit à lege incussus, sed iudex, vel alius propria auctoritate incutit metum, irritum reddit matrimonium, v.g. violasti puellam, potes enim ex lege obligari ducere, vel solum dotare, si ex lege obligatus es ducere, valet matrimonium, secus si ex lege non obligatus. Priorem partem probat Sanchez quia tunc non ab alio, quàm à te metus incutitur, si enim tu commisit delictum, cui annexa est obligatio ducendi puellam, Ferd. de Castro sum. Mor. Pars I.

cum eam ducere obligatis, obligatis ad id, ad quod iam es obligatus, aliàs celebrans sponsalia, cogi non possit perficere, quod falsissimum est: cum quia talis coactio debita est nolenti promissis stare, ac proinde irritare contractum non potest: tum etiam, quia iudex iuridicè procedens, non dicitur metum inferre, l. continet. §. sed vim. ff. de eo quod metus causa, & in hac parte ferè nullus est, qui dissentiat, vt videri potest in Farinacio 1. p. pract. crim. q. 5. n. 17. Basil. de Leon. lib. 4. c. 13. n. 5. Neque obstat textus in cap. fin. de appellationib. vbi patiens metum à iudice excusatur, ne appellationem interponat, quia ibi erat metus iniustus, de iure enim non debet iudex appellationem impedire: si autem metus iustus esset, non excusaret, vt bene ex Decio, Imola, & aliis docet Basilus num. 6. & cap. 19. n. 7. Secundam partem sic probat. Primò, quia nemo ab alio quàm à se ipso obligari potest ad matrimonium, vel professionem, sunt enim status summam libertatem requirentes: at ex delicto commissio non est delinquens obligatus ad matrimonium, vel professionem, vt suppono, Ergo si de facto obligatur ex metu graui, iniuste obligatur, non enim iustum est matrimonium extorquere ab eo qui iuste renuere poterat. Secundò si habens ius accusandi de delicto, vt cedas accusationi, extorques à delinquente summam aliquam, quæ excedat pretium iustum accusationis vltra dimidium, vel vt concedas latrocinium latroni fugienti, extorques ab illo contractum nimis damnosum, committis iniustitiam, & contractus rescindi potest, vt ad aequalitatem reduci, vt docet Lessius lib. 2. c. 17. dub. 6. n. 45. quia obligas delinquentem cessionem iuris emere plus iusto. Ergo etiam erit iniustitia, si ob hanc cessionem extorques matrimonium ab eo aliàs non celebratum: quia petis rem non solum vltra dimidium, sed infinitum excedentem cessionem iuris accusandi, & cuiuslibet alteri actioni. Ergo matrimonium ex tali contractu celebratum est nullum. Probo hanc vltimam consequentiam; quia metus, & dolus sufficiens ad rescindendos alios contractus, reddit contractum matrimonij nullum, eo quod semel validum rescindi non potest, & ita supponit pro certo Sanchez. lib. 4. de matr. disp. 6. n. 2. cum Couarr. 4. decret. 2. p. cap. 3. §. 6. n. 4. docente ab omnibus esse receptum. Nauar. Ludouic. Lop. & alij. Tertio accusatio delicti ad punitionem delicti ordinatur, non ad matrimonium: ergo iniuste facis, si per accusationis minas matrimonium extorques, ita Sotus 4. d. 2. q. 1. art. 3. vers. hinc primò colligitur, Cord. sum. q. 71. p. 1. Bonacina de matr. q. 3. p. 8. prop. 1. n. 11 & seqq.

3 Vtrum probabilis censo nunquam matrimonium irritari ob metum iuste incussum ad extorquendum matrimonium, quia tu proprie non incutis metum, sed metu aliunde incusso offers matrimonium in remedium illius. Explico hanc rationem, comprehensus es in delicto, ratione delicti iuste timere potes, vt acculeris, qui ergo à te petit matrimonium, ne acculet, tibi offert matrimonium, vt extinguat timorem accusationis iam conceptum. Ergo iniuste non procedit, cum non timorem apponat, sed remedium. Deinde minans tibi accusationem, nisi matrimonium celebres, non te obligat, si teneas matrimonium subire, ad aliud malum, quod aliàs subire non tenereris. Ergo nullam iniustitiam tibi facit extorquendo matrimonium, cum non extorqueat inferendo aliquid malum. Tertio non potest dici tale matrimonium coactum, cum nullus te cogat celebrare, sed à te ipso, & à tuo delicto coactio oritur, siquidem ab illo oritur metus accusationis, ita Thom. Sanchez plures referens lib. 4. disp. 13. n. 3. Lessius lib. 2. cap. 17. dub. 6. num. 40.

4 Argumenta verò primæ & secundæ sententiæ non obstant. Ad primum primæ sententiæ nego irritari matrimonium metu iniuste incusso ob defectum libertatis, vt utique, sed ob defectum libertatis proueniens ex iniuria, vel, vt melius dicam potius ob iniuriam, quàm ob defectum libertatis. Ad confirmationem dico eodem modo matrimonium irritari, non quia infelices exitus ex illo sperantur: sed quia sperantur ex illo tanquam ex causa iniusta.

Secundò respondeo generaliter loquendo ex matrimonio, metu iuste incusso, non sperari infelices exitus, sicut ex matrimonio iniuste perito: quia si iuste ipsero tibi metum, iam tu causa illius es, ac proinde matrimonium non est tibi iniuoluntarium, cum saltem in causa voluntatum, & omnino liberum fuerit.

Ad textum in cap. veniens, 2. de sponsalib. respondetur, tale matrimonium irritari, non quia parentes minari fuerint delinquenti accusationem, sed quia minati fuerint mortem, vel aliud damnum propria auctoritate inferendum: quod malum iniuste minabantur, cum secundum canones inferre non possent. Et licet ex textu, talis comminatio non colligatur, sed absolute dicatur valere matrimonium, nisi coactus fuerit metu cadente in constantem virum, hoc sufficit, vt intelligamus, debere esse metum alicuius grauis mali iniuste inferendi, quia metus mali, quod delinquens sibi inferit, non cadit in virum constantem, neque virtute illius dici potest delinquens coactus, vt constat ex leg. si mulier 23. in princip. ff. de eo quod metus causa.